qui xxiiii^{or} dicuntur de civitate, et burgenses omnes. Acta sunt hec anno gracie m° cc° xx° vii°.
(S.) (S.)

xxiiii^{or} dicuntur de civitate, et burgenses omnes. Acta sunt hec anno gracie m° cc° xx° vii°.
(SD.) (SD.)

10.

Papst Gregor IX. fordert alle Gläubigen der Magdeburger Kirchenprovinz auf, zur Vollendung des von Everardus und andern begonnenen Hospitals milde Gaben beizusteuern. **Perugia, 1229 Mai 30.**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die Bulle an Fäden von rother und gelber Seide.
Gedr.: Möller Theatr. Freiberg. Chron. 2,13. Danach Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 3. Beide setzen die Urkunde irrthümlich in das Jahr 1230.

:Gregorius: episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus per Magdeburgensem provinciam constitutis salutem et apostolicam | benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit | sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod | reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur, sicut venerabilis frater noster . . Misnensis episcopus sua [nobis][a]) petitione monstravit, quoddam hospitale in loco qui dicitur Friberch per Euerardum[b]) et quosdam alios Christi fideles noviter sit inceptum, ad cujus consumationem ipsorum non suppetunt facultates, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur in domino atque in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatinus, cum eorum nuntius ad vos accesserit propter hoc beneficia petiturus, de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata ei caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus tam pium et sacrum valeat feliciter consumari et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Datum Perusii iii. kalendas junii, pontificatus nostri anno tertio.

(B.)

11.

Markgraf Heinrich der Erlauchte nimmt das Hospital zu St. Johannes in seinen Schutz und bestätigt die von Bischof Bruno II. von Meißen mit Einwilligung der Stifter und der Bürgerschaft eingesetzten Procuratoren des Hospitals. **Grimma, 1230 Sept. 29 (oder 1233 Oct. 1?).**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das wolerhaltene Reitersiegel des Markgrafen an Fäden von weißer und grüner Seide.
Gedr.: Möller Theatr. Freiberg. Chron. 1,121. Danach Horn Henricus illustris 297 und Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 5.

10. *a) Schadhafte Stelle im Perg. b) Euirardus de Dencinrode, vergl. No. 11.*